

KNIGHTS OF COLUMBUS FOUNDATION
FOR PRESERVING MANUSCRIPT COLLECTION OF THE VATICAN LIBRARY

START

ST. LOUIS UNIVERSITY LIBRARY

This film may not be removed from the depository. No part
of this film may be reproduced without written permission
from St. Louis University.

KP 23007

T



VAT. LAT. 3511

SANCTISSIMO DOMINO
nstro PAULO III. Pontifici Maximi
GUILIELMVS SIRLEIVS bibliothecar
e vaticanae custos. S. D.

Regorius ille magnus Romanus
Pontifex cum primis sanctis ap
illustris pastorum nomine ut et renigantur
simur cum audieret in Alexandrina ecclésia
eam consuetudinem inuasisse ut premiis eda
nationibus quibusdam ordinationes fierent dap
erare ad Eulogium eius ecclésie Patriarcham scri
bere quod seminari apq ab Gregorien quod san
ctissimi beatissimi Ignatii Eulogij lingue queā
multos hereticos ad fulni catholicam reuocau
erat simonia et heresim de sancta illa ecclésia
non engravat. Tanta PAULI III. Pont. max. est
simonia præstans ut quamvis Eulogius hereti

Antonii
Carafe
Illun^e



Cardinalis
Bibliothecarū
Testamento.

cos ad fidem reacceset, nihil tamen Gregorio
uiro illi beatissimo fecisse visus fuerit, eo quod
simonia cum heresim non extirpandam ou-
rauerit. Quid si Pontifex ille sanctissimus
monum et ecclesiastice disciplina exaltatione
regerimus, pestem hanc tam longam, tam se-
fusam uidinet, ut non anima lexeandrinia,
sed quod maxime abhendum est, omnes eccl-
esiast contagione sua corruperit? Quid si eccl-
esiasticorum magistrorum ac moderatricem,
cui omni cum integritate ipse prefecit eodem
anno labefactare videret? An non Gratianus
Christum dominum iniuratus, omnes ementes et
uendentes et templo fieris? Quo animo detru-
sportolum in eos Pontifices esse arbitramur,
qui Simonem illum, quem ipse acerrime pro-
culauit, et a Christi communione una cum



perduisima eius pecunia segregauit, non ad-
miserunt solum, sed multos annos etiam foue-
runt. At non Simonem fouent, qui eius sella-
tores admittunt? Mirum fortasse videbitur,
quod decimus, multos iam annos Romanam
curiam simonia cum labore conservam suisse. Mir-
inquam, sed certe ueram. Sunt enim huius rei
testes probatae fidei et auctoritatis magnitudini,
e quibus aliquis nominabimus. Nicolaus 3
primus post Gregorium illum magnum do-
ctorum et sanctissimum Pontificem pre-
stolent synoda in basilica Constantiniana ei
simoniacum heresim exterminare conantur,
enqa simoniacos, inquit, nullam misericordiam
in dignitate seruenda habendam esse determinat
quia igitur usq; adeo hec uenientia pernicies
hac tenus inoleuit at uix quilibet ecclesia uale-

at reperiri, que hoc morbo non sit aliqua ex parte corrupta. Hec Nicolaus Pontifex et alia plura scripsit de hec re. Petrus Blesensis archidiaconus vir diuinorum literarum per-

tissimus, et Thome Cantuariensis Archipi et martyris amicorum, qui fuit ab hinc anno 1100, in epistola ad Romanę curię mores tales fuisse scribit, ut illi cimenteriis pluris fuerent quae uirtutum merita. Eiusdem promotiones fuit solitas, quae rite et maiestram et maioris emolumenit occasionem preberent. Postremo cum ille episcopus eius paterat, ut redierit sine dignitate a Romana curia non pro unius cuiusque meritis conferri, sed pecunias uendit ostendat. Quid Abbas Wiprepensis in suis chronicis que scilicet abhinc annos 1000 facta, inquit, ille est abusus quasi portentum multerum abusionum?

que subsequuntur sunt in terris. Vix enim remanebit aliquis episcopatus, siue dignitas ecclesiastica, uel etiam parochialis ecclesia, que non feret litigiosa et Romanam deducere ipsa causa, sed non manu vacua. Graude mater nostra Roma, quoniam aperiuntur cataracte thesaurorum in terra ut ad te confluant riu et aggeres numerorum. Letare super iniquitate filiorum hominum, quoniam pro tantorum malorum compensatione datur tibi pretium. Ad te trahit homines non deuotio, sed litium decisio pretio comparata. Hec Abbas ille, post quem Andreas Episcopus Magonensis in eo libro quem inscriptus Gubernaculum conciliorum. Hodie inquit, in Romana ecclesia, sunt Cardinales, Episcopi Patriarche, Prelati eudaces, factioni, iuuenes, diuines expensis non parcentes. Iudas uenit

sum pro triginta denariis et Christus Iesus nunc
propter episcopatus, propter ecclesias, propter
beneficia non ita modice pro triginta denariis;
sed uenditur aliquando pro tribus millibus
ducatis, aliquando pro decem millibus, aliquo-
do pro mille. Iudas enim semel uendidit, dum
taxat, sed nunc uenditur sepius ac sepius,
plurimum annos. Iudas uendidit Christum
de die, sed nunc uenditur die ac nocte, quia te-
pora loca re notabiles personae occupantur et co-
cupat uicium simonis, sed cupiditas omnium
molorum radice, causa est et simonie in Re-
iectio. Quid Petrus Damiani Cardinale?
et Episcopus Ostiensis doctrina et morum pro-
bitate insignis? An non Romanam curiam of-
ficiam simonis appellat in ille epistola, que
ipse ad Cardinales misit et nos cum alijs san-

ctorum patrum epistolia in hoc libello scribentem
tuvimus. Audir pater beatissime quot quanta-
q[ue] Romane curiae moribus non h[ab]e amio p[ro]ni-
mis, sed multis ab hinc seculis obiecit su[us]. Que-
so quid his respondebitus: n[on] falso haec obi-
ici dicemus. Utinam licet hoc uenire ac
non potius illud nobis conuenire, quod
est a poeta quodam dictum, Pudet hec opprobriu[m]
nobis et diu potuisse, et non potuisse refelli.
Quid igitur reliqu[um] est, nisi ut tu pater san-
ctissime securi a deo in manus tibi tradita
ad tam perniciosa stupris radice immata, sumus
funditus tollas, ut pestiferos fructus amplius
ferre non possemus. En Romanam eadē multorum
uicti labefactata open tuam implorat, ut cibis
suo p[ro]sterno per te restituta. Non remissa
Christus agnoscit, ei q[ui] dicas. Tota palestra es et

mica mea et macula non est in te. Certe cu[m] ex-
tot Pontificibus tibi unius Christus salua-
tor noster hanc dederit mentem, ut simoniaca
pestem primum deprehendens, deinde omni
ratione collendam cures futurum. Spes tuas, ut
tantum hoc malum exterminetur. Quod?
enim beatus Gregorius Eulogio Alexan-
drino patriarchae scripsit, iure optimo sa-
etitari tue conuenit. Ecquis nam eni[m] iniqui,
ille, cuius exhortatio uel cōrectio hoc pot-
est remendare si magna et admirabilis doctri-
na tua hoc sine emendatione reliquerit. Quia
obrem ut antea remendi oculos iudicis uestra in
omnibus perfecta sint opera, festinare debes
simoniacam heresim, que prima in ecclesia
excoria est, a sanctissima sede uestra fundi-
tus euellere atque eradicare. Hec autem Ponti-

9.
fex ille sanctissimus et admirabilis Grego-
rius, cuius cum dicta et facta semper lauda-
re atque admirari solitus sis, dubium non est
quoniam pro viribus eum imitari studias. Scis
quemadmodum ille consuetudinem de pal-
lio sine commodis non tradendo irriat? facere non dubitauerit. Age igitur et tu
pater optime atque sanctissime consuetu-
dines, quae multorum uitio in ecclesias irre-
pserunt et cum multarum animarum ia-
ctura ac pernicie retinentur, abrogare non
uerearis. Solus enim id potes ac debes. ??
Age spemas ex agro tibi credito euellas, ut
non tribulos, sed tales fructus ferre possit,
qui non in ignem coniici, sed in colestibus
horris reponi debeant ut cum agri dominus
non unius, sed omnium uilificationum ra-

tiones à te exegrit, bonam illam semente
 multiplici fænore cumulatam hilari fronte
 reddas tuam et animarum omnium que co-
 misse tibi sunt, salutem. Deo ipse offérens,
 quæ familiae suæ dispensatorem fidelissi-
 mum atq; integrissimum omniumq; suaq;
 omni pastorem vigilantissimum agnoscat,
 amplectetur, et ad celestes illas
 manziones introducat, sem
 puterni gaudij parti-
 cipem futurum.

CARDINALIBVS EPISCO
 pis apostolice sedis: PETRVS DAMI-
 ANVS peccator monachus salutem in
 domino.

Icaut uerba presentibus inditia
 sensuum, sic inter absentes lite-
 res sunt instrumenta uerborum.
 Bellatorie artis industria sicut in bello di-
 scitur, ut in pace postmodum doceatur, sic
 aliquando dum docetur in otio, cautius
 exercetur in bello. In conflictu sedis apo-
 stolice in quo uos adhuc unanimiter desu-
 datis, concordator ei ipse pugnauit. Sed eae
 cum militari cingulo sim solitus, et in mu-
 nicipi pace compositus, libertam docere
 quod didici. Inter omnes itaq; uitiorum
 circumfrementium acies, inter densissimas

faculorum inguentium more grandinum
tempestates aduersus auaritiam uobis of
attentius uigilandum, eiusq; sagittis sem-
per opponendus est clipeus. Hæc enim ut
letale miseris uulnus infligat, ut obtutus
non frontis, sed cordis extinguat, armat
muneribus aduentantes, et per eos expu-
gnat ac cedit eorum corda, qui suggesti
locum apud aures obtainent principales, de
quibus per Esalam dominus conqueritur
dicens. Principes tui infideles, soij furum,
omnes diligant munera, sequuntur retro
buriones. Dicet aliquis ego quidem à nul-
lo quero, sed si quid gratis offertur, accipere
non recuso, ecce hic non notantur hi, qui mu-
nera querunt, sed qui tantummodo diligunt,
qui etiam soij furum non immentio dicun-

tur, quia dum furtiva dona suscipiunt, en-
am a communitate suis, et sodalibus depre-
bensi uelut in furti crimen, perhorrescant,
et nota quod dicitur sequuntur retributio-
nes, quia quamvis munificis suis auxiliū
quod postulatis, impendunt, reatus tamē
maculas non evadent, quia dum beneficij
sui talionem recipiunt, fructus eterni
mercedis amittunt: de quibus et paulo post di-
cit. Heu consolabor super hostibus meis, et
uindicabor de inimicis meis. Filij plane Samue-
lis nullum aliud crimen habuisse leguntur, in-
se quia munera dilexerunt, et quia paterna mu-
nitie non sequebantur exemplum, irrecupera-
bilius amiserunt plebis Israhelitice principa-
tum. Et notandum quod cum de illis scriptu-
ra dicat: declinauerunt post auaritiam, ac-

ceperant munera, protinus intulit, peruererent iuditium. Vicinum quippe est, atq; contiguum, ut post manus acceptum perueriat etiam corrupto censore iuditium. O quam mundam Samuel frontem habebat muneribus, cum dicebat, conuersatus coram uobis ab adolescentia, usq; ad diem hanc, ecce prestatum. loquimini de me coram domino et coram Christo eius, utrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum, aut quempiam alium: nictus sim, si oppressi aliquem, si de menu ciusquam munus acceperim, contemptam illud hodie, restituamq; uobis. Quam auersus a suscipiendo muneribus erat Abram, cum Regi Sodomorum Melchizedech obserfaverat, dicens. Leuo manum meam ad dominum excelsum caeli et terre, quod a filio

subtegminis usq; ad corrigiam caligie no accipiam ex omnibus, que tua sunt. ¶¶ Quam mundas à suscepis muneribus ¶¶ Moyses erat, qui scientem omnia dominū in testimonium deducebat. Tu, inquit, sis quod negas sellum quidem unquam acceptum ab eis, neq; afflixerint quempiā eorum. Nam ubi muneribus imbiatur, sequitur eis, ut sicut iudeo, hunc accepta ¶¶ mercede iustificari, sic illum quiclibet dedit, affligat, unde per Esaiam dicitur, ueh quā iustificatis impium pro muneribus, et iustitiam iustitiae ab eo, quibus illico vindicatur, que illis debetur, intentar cum subdit propter hoc sicut devorat. Et puluis iniqui ignis, sic radix eorum quasi fauilla erit, et germe eorum ut puluis ascendet, de quibus

idem propheta alibi conqueritur dicens, o-
nes in viam suam declinaverunt; unusquis-
que ad auaritiam suam a summo usq[ue] ad
nouissimum, unde et in lege præcipitur ne
accipias munera quæ excedant etiam prudé-
tes, et subuentur uerba iustorum. A auar-
itia plane Dei omnipotens iracundiam
aduersus se prouocat, et cor quod possideret,
uanis semper cogitationibus uexat. Hinc
est quod de auaro conqueritur populo dicas.
Propter iniuitatem auaritie eius iratus
sum, et percussi eum, et abscondi, et indigna-
tus sum, et abjectus in via cordis sui. Nel-
la sane patredo uulneris in Dei narione in-
tolerabilius fertur quam Gliscus auaritia,
et cupidus quisq[ue] dum sordentis pecuniae
que flos accumulat uertens ex hedrem in

latrinam quasi molem Gliscoris coaceruat.
Hinc est quod per Ezechielem dicitur, Ar-
gentum eorum foras projicitur, et aurum
eorum in sterquilinum erit. Argentum,
eorum et aurum eorum non ualebit libera-
re eos in die furor in domini. Et alibi scri-
ptum est, uel illi qui multiplicat sua usq[ue]
quaque, et agrauat contra se densum lutum;
agruauan est terrena lucra cum peccati ponde-
re cumulare. Ab acuc etiam propheta ueh,
inquit, qui congregat auaritiam malam
domui sue, ut sit in excuso nidus eius, et
liberari se putat in die malo. Porro sicut
ignem ligna non satiant, sic questum auar-
itie pecunia cumulata non sedat, sed si-
cut flamma fomentis extollitur, ita nihili
lominus auaritia, dum lucra cumulantur

augetur. Vnde etiam Ecclesiastes ait. Azi-
rus non implebitur pecunia, et qui amat
diuitias fructus non capiet ex eis. Fructus
quippe ex illis capiet, si eas bene chargere
non amando voluiset, quia uero retinendo
diligit, hoc utiq; sine fructu derelinquit, §
ubi et sequitur, ubi sunt multe opes multi-
sunt qui comedunt eas. Et quid prodes
possestori nisi quod cernit diuitias oculis
suis, de quibus idem Salomon ait, diuitiae
seruare in malum domini sui, pereuentem
in afflictione pessima. generabit filium
qui in summa egestate erit. Et ut ostendat
quam infideles sint diuitiae possidenti, max-
subiect sicuti egredius est nudus de utero
matris sua, sic reuertetur, et nihil efforet
secum de labore suo. Miserabilis prorsus in-

firmitas quomodo uenit sic reuertetur.
Quid ergo prodest, quod laboravit cunctis
diebus uite sua? An iudicio lucra con-
gerimus ut possessiones, atq; predia redi-
mamus? Sed quid prodest confinia pro-
prijuriis extenderet, cum uel uita nostra
nequeant angustias protelare, unde uir sa-
piens ait. Noli attendere ad possessiones
iniquas et ne dixeris est mihi sufficiens ui-
ta, nihil enim proderit in tempore vindictae,
nam et Esaias ait, uch qui coniungitis do-
mum ad domum, et agrum agro copulatis,
nunquid habitabit in medio terrae soli uos?
Scriptum et alibi est qui querit ditteri no-
erit innocens, et alibi dicitur, auaro nihil
est scelitus, quid superbis terra et cinis?
Nibil est iniquius quam amare pecuniam,

dura certe et nimis formidolosa sententia. Si enim nihil est auaro scelestius, nihil iniquius, non ergo melior parricidis, sed breticius assimilatur idolatrie, unde et apostolus dicit. Avaritia est idolorum semine. Si ergo quilibet castus, sit sobrius, sit indulgentibus alendis intentus, hospitali dedicatus, ieiunet, et uigilet, diem et noctem continuet, si tamen auarus est, totum perdit, ita ut omnium criminum reos nequiores se inuenire non possit, nihil est enim sicut dicitur, auaro scelestius, nihil iniquius quam amare pecuniam. Quid ergo proderit non occidere, non mæchari, non rapere, non deuiri penurare, immaterialiter te prorsus a cunctis criminibus custodire, dummodo si a te avaritia non expellitur, nihil te nequius,

nihil scelestius reperitur. Eat ergo auarus, parietes ecclesie construat, studio predicationis insistat, dissidentes in pace conferret, titubantes in catholice fidei ueritate confirmet, offerendis quotidie sacrificijs sit intentus, à negotijs secularibus sit remotus, donec tamen ardor avaritiae non extinguitur, omnis flor uirtutum eius exuriatur, et nullus eo criminiosior inuenitur, eni uero postquam scriptura posuit auaro nihil esse scelestius, ne quis hoc uerbo, quod est auarus, dubietatis scrupulus posset emergere, uigilanter addidit, nihil iniquius quam amare pecuniam, igitur auarum esse nihil aliud est quam amare pecuniam. Amatur enim pecunia acquisita, amatur nihilominus acquirenda, avaritia quippe quasi biceps est

coluber, utroq; consuevit mordere, utroq;
pestiferum uirus effundere, dum ~~an~~ abe-
na res queritur, aut habita delectabiliter,
possidetur. De illo sane, qui utroq; huic
serpentis ore deglutitur, scriptum est, ad
quid aurum iniuste alius congregat, et in bo-
nis illius alius luxuriabitur? Sunt qui totis
ad appetenda aliena desiderijs inardescunt,
sed haec postquam adepti sunt, precipitan-
ter effundunt. Sunt quidem qui alienis ac-
quirendis non inhiant, sed que sua sunt, te-
naci cuiusodia tanquam ~~enim~~ sacra conser-
uat. Deterimum autem genus est eorum
qui et aliena turpiter ambiunt, et que iam
sui iuris sunt, sordida tenacitate cuiusodiūt,
peiores scilicet draconibus babylonie, qui
licet infinitam auri, et argenti dicantur?

seruare congeriem, nulli tamen proprias
dripiunt facultates, et contenti quasi pro-
prijs rebus, non inhiant alienis. Porro au-
tem quid prodest congregare diuitias, quas
neq; huic quispiam dum ingredetur, adue-
xit, neq; comitari poterunt de seculo recede-
tem. Quamobrem dicit apostolus Nihil
intulimus in hunc mundum, nec dubium
est, quod nec efferre quid possumus, ha-
bentes autem alimenta, et quibus tegamus,
his contenti simus. Nam qui uolunt di-
uines fieri, incidunt in temptationem et laq-
os diaboli, et desideria multa, et nocua, que
mergunt homines in interitum, et perditionem,
radix enim malorum cupiditas, quam qui-
dam appetentes, errauerunt a fide, et in serue-
runt se doloribus multis, quid ergo mirum?

quod superius dicebamus, avaro nihil est
seculius, cum omnium malorum radix
sit cupiditas? In quo enim radix est omni-
um malorum, ille consequenter omnium
malorum reus g̃ se conuincitur, qui quoru-
babet in sui pectoris agro radicem, eorum
non potest uenena tam uitare propaginem.
Nec pretereundum quod ait, quam quida-
appetentes errauerunt à fide, nimisrum si-
cuit proditor saluatoris, qui ut exigue summa
percepit quantitatem, subuenialitate dis-
fraxit rerum omnium conditorem, et pro-
uili amore pecuniae auctorem tradidit ui-
tæ. Sicut etiam Balaam qui dum ad pecunie,
qua offerebatur, inhibebat questum, Deifi-
de contempta de israeliti populi dedit;
ruina consilium. Hunc plane quidam nō

contemnendæ auctoritatis uiri, tradunt He-
liud Buzitem de progenie scilicet Buch, {
qui secundus filius fuit Nachor fratrio A-
braam, qui uidelicet Eliud in libro beati
Iob eius amicus dicitur extitisse, quoniam
propheta fuerat, et spiritualis gratia re-
uelatione pollebat. Sed dum avaritia pau-
latim declinasset in uitium, de propheta
factus est ariolus, de ariolo conuersus perni-
betur in magam. Ecce quam utilitatem ca-
ferti avaritia, que dum fidem hominibus tol-
lit, prophetam ueritatem in magam, sicut et
apostolici culminis apicem mergit in tartaz.
Nunquid et Gezi à fide non errauit qui dū
argentum Naamā offerente percepit, do-
mini sui spiritum suspicabatur absentem,
sed ait Eliseus nonne conuineum in presenti

erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tibi? Vbi caute considerandum est quia si ille lepra maculatus est, qui pretium tulit de uirtute prophetæ, quo pacto quis audeat uendere iudicium prophete, accepisti, inquit Eliseus, argentum, et 3 uestes ut emas oliueta, et uineta, ques, et boves, seruos, et ancillas, sed et lepra Naamá adhaerbit tibi, et semini tuo in sempiternum.

C Duo plane simoniaca hanseos reperiuntur autores, unus in veteri testamento, alter in nouo, qui etiam duo simoniarum genera perfecerunt, uendentium scilicet, et ementium. Gézí siquidem donum sancti Spiritus uenadidit, Simon magus comparare tentauit, Neq; ille solummodo dicendus est simoniacus, qui dat, uel accipit de sacris ordinibus pp:

tium, sed etiam qui uendit synodus, qui dysrabit sacerdotale iudicium. Sed fortasse aliquis dicit, et ille ergo qui simodali sententiæ quicquam tribuit, in simoniacum crimen incurrit. Non hoc dixerim, quia neque Xaaman deliquerit, dum fraudolento seruo pro mundatori sui reverentia munus obtulit. Aliud quippe est quilibet cause sua desiderare iustitiam, aliud canoniam, que per spiritum sanctum constituta est, uenalem habere censuram, quia nam conscientia de promulgando iudiciali sententiæ calculo pretium sumimus, cum ille, cui patrocinium uenale prebemus, aut iuste contendat, aut iniuste. Quod si iuste litigat, ueritatem proculdubio uendimus, si non iuste contra ueritatem, que Christus est, impuden-

ris audacia temeritate pugnamus. Hinc
est quod in lege precipitur, iuste quodiu-
sum est, exequoris: iniuste quippe quod iu-
stum est exequitur, quisquis ad defensionem
iustitiae, non virtutis emulatione, sed amo-
re premij temporalis excitatur, nam iniuste,
quod iustum est exequi, quasi in assertione
iustitiae nil aliud prater solam iustitiam
querit. Et quia sunt nonnulli, qui vel an-
tequam consecrationis exhibeant ministerium,
vel ante decimum causse negotium, nul-
lum pastis commadum, postmodum vero ta-
quam a debitoribus exigunt, et extorquen-
dis remunerationibus uellementer insistunt,
bi se *G*eti non dubitent crimen incurrire,
qui postquam *N*aaman curatus est, iamqz
reuenteretur, de dono sancti *E*pistritus auras

est pecuniam postulare. Et sicut ille non a-
lit quem lepme plaga percussu est, quem homi-
nes remouebat a cestis, sit iste non leuis ed il-
lius labo perfunditur criminis, quod ab ec-
clesiae separat sacramentis. Vidi plane, du-
*E*piscopalis apicis officio fungeret, quandam
de fratribus nostris (nomen quidem sup-
presso, uitium noto) qui sic subsultabat, at-
qz glisebat dum prefixum synodalium con-
cilij tempus insisteret, ac si tristitia, siue ui-
demialis prouentus articulus imminieret. Ac-
tingebat enim se munibz colligendis, ad qz
utiqz praecedenda non aciem ferri, sed falce
acubat eloquij, qui etiam huius fraudis ha-
bebat adutores qui nimium pecunias brine-
inde corraderent, easqz marsupij iam euo-
mentibus infarcirent. Si quis autem mihi

forte succenseat; quod consacerdotem meum
tam mordaciter reprehendam Ioannem
corripit, et Mattheum, qui dum sa-
cra prosequitur historie ue-
ritatem, coapostolum su-
um pecunis inhibet.
sacilegum perbi-
beni tradis-
torem.

EIVSDEM PETRI DAMIANI.

EPISTOLA.

I quis forte domestice faculta-
tis conqueratur angustias, au-
diat aente quod scriptum est, proper
inopiam multi deliquerunt. Et qui q-

rit locupletari, auertit oculum suum. Si
ergo illi delinquent, qui rei familiaris ino-
piam proferunt, et qui querit locupletari,
auertit cor suum, si inquam et isti peccant,
dum acquirendis rebus non superfluis, sed
victui necessariis. Student, quod nam de illis
iudicium futurum est, qui ad hoc ditari mo-
liuntur, ut diuersas metallorum preties et
obnoxia tineis uestimenta recondantur,
quibus terribiliter intonans beatus Iacobus
apostolus minatur cum sic ait. Agite nunc
diuitiae, et plorate, alulantem in miserijs, que
aduenient uobis, quibus premisis, et caus-
am subiungit, diuitiae uestre putrefactae
sunt, uestimenta uestra a tineis commestae
sunt, aurum et argentum uestrum eniginauit,
et erugo eorum in testimonium uobis erit, et

manducabit carnes uestras sicut ignis, the-
saui Zatis uobis iram in nouissimis diebus.
Porro autem qui huiusmodi sunt, non ab hoc
conqueruntur in opiam, ut indigentiam na-
ture, necessitatum sustentaculio fulciantur,
sed ut turritae dapibus lances indice pigme-
ta redoleant, ut in crystallinis uasculis adul-
terata melle uina flauescant, ad hoc certe
ditari cupiunt, ut quocunq; deuenient pse-
stio cubiculum operosis, et mirabiliter reiecta
uannarum fallacij induant.

ROMANA certe ecclesia, que sedes est apo-
stolorum, antiquam debet imitari curiam
Romanorum. Sicut enim tunis illi senatus
ad hoc communicebat omne consilium, in hoc
dirigebat et subtiliter exercebat communis
industria Etudium, ut cunctiarum gentium.

multitudo Romano subderetur imperio,
ita nunc apostolice sedis editui, qui Episcopales
sunt, uniuersalis ecclesiae senatores,
huic soli studio debent solerter insister, ut
humanum genus ueris imperatoris Chri-
sti ualeant legibus subiugare, et sicut tunc
Romanorum consules ex diuersis mun-
di partibus reportabant peracta hostium
et de uictoriae: sic isti nunc animas homi-
num de manu diaboli debent liberare captiuas.
Ad hos quippe uictoriarum titulos, ad hos de-
bent semper inhibere triumphos, ut ab anti-
quo animarum pereuntium predone ipse
uq; manibus eas rapere, et regi suo Chri-
sti signa gaudient uictoria reportare. Sed
heu sedes apostolica orbis olim gloria, nunc
prohdolor effueris officina simonis, terret

incede mallei, nummi fiunt tartarei ius-
tis Dei iudicio sit ista conditio, ut quisquis
apostolicam sedem semel comparat, redime-
re non desinat, donec male pereat. Sed ut
iam que supra latius comprehensa sunt;
brevis epilogi fine concludam, et cotis fun-
ctus officio, dum ipse non incidam inciden-
tiis aciem ferri magis atq; magis exactum,
euellatur à corde nostro radicitus avaritia
concurrentibus scilicet omnium scriptura-
rum testimonij evidentissime condemnata
et cum Achar filio Charam tot patrum se-
tentij quasi tot lapidibus obruta, non acci-
piendis muneribus delectemur ne in occulti
ensoris examine à sacerdotali (quod absit)
dejiciamus ordine, sicut filij Samuelis ob
hoc iudicialis amisere culminis dignitatem.

Non uendamus synodum, neq; synoda-
le decretum redigamus ad præty quantita-
tem, ne sacri concilij spiritum sanctorum li-
strabere uideamur auctorem, secularis pom-
pe faciat ambitio. Temperetur nitor et in-
solentia uestrum, temperetur et potum in-
gurgitatio, in manus pauperum nostra pe-
cunia transeat quo per auaritiam turpe
scit, per misericordiam exhortata um cru-
x mena sollecat, nostræ diuinitæ nostriq; thesa-
urus, et in archa nostri pectoris preiosas reon-
dantur, talenta uirtutum. In hac enim aera
principaliter sacrificium offeramus, et pro-
fligatis his, que circa nos sunt demum nos
metipos Deo uiuentes hostias imolemus.
Ut qui sacerdotes in oculis hominum cerni-
mur in obtutibus etiam occulti iudicis ueni-

sacerdotij iure fungamur. ut?

BASILII MAGNI EPISTOLA
ad Episcopos, ne accipiunt pecuniam ex
ordinationibus.

Vobis tam absurdum facinus,
de quo nunc scribimus, homi-
nes ipsi de vobis suspicari ac pla-
nè loqui potuerat, summo certe dolore no-
ster animus refertus est. mihi quidem ali-
quandiu incredibile uisum fuit, literas
igitar, quas de hac re scribimus eas qui pe-
ccati conscius sibi est, ut morbi remedium
accipiat. Cuius uero mens huius criminis
conscia non est, medicinam quandam ha-
beat, qua possit ab huiusmodi morbo cu-
stodiri. Si quis autem sic affellus est,

(Quod nolim in aliquo uestrum reperiri)
ut nihil referre putes, faciat nec ne quod pro-
hibemus, ille hanc epistolam tanquam ob-
testationem quandam accipiat. Sed quid-
nam est quod dicimus? Alii sunt nonnulli
est in uobis quosdam, qui ex his quos or-
dinant, pecunias quidem accipiunt, sed
pietatis nominarem adumbrant. Id pro-
fessio peius est, nam si quis malum ipsum
preferre boni fecerit, pena duabus parti-
bus maiore dignus est, cum quia id, quod ??
malum est, comunit, tum quod re bona ut ali-
quis diceret, peccati adiutrice usus fuerit.
Haec si ita se habebit, in posterum ne fiant, sed
corriganter. Homini enim, qui ex eiusmo
di re argentum accipit, dicamus necesse est,
quod apostolus ei dixit, qui pecuniam offe-

rebat, qua sancti spiritus communionem mercari posset. Pecunia tua tecum sit in perditionem. Leuius enim peccat qui rei magnitudinem non cognoscens, eam mercari vult, quam qui uendit donum Dei. Vendito enim res ipsa effecta est. Itaque quod tu gratis acceperisti, hoc si uendas, utsatane ipsi uenditus, gratia dono priuaberis, quippe quod artem cauponantium infers in res spirituales, et ecclesias Dei, ubi corpus et sanguis Christi nostre fidei creditus est. Hac non debet ita fieri. dicam autem que sint istorum artes, excusimant se ideo non peccare, quod pecuniam non simul, sed post ordinationem accipiunt. Verum qui accipit semper accipit quandocumq; id faciat. Huiusmodi grouentum uel potius uiuam?

ad gennam pertinentem. Quaso omittite, ne tali questu manu uestras inquinantes, sanctorum mysteriorum celebratione uos ipsos indignos faciatis. Date mihi ueniam, si qui primum tale facinus de uobis non consideram, deinde ut credens, ita uobis minatus sum. Si quis accepta hac epistola aliquid tale comiserit, ab altariis, que hic sunt, remouebitur, et queret deinde, ubi nam donum Dei mercetur, quod ipse postea uendere ualeat. Nos enim et ecclesiae Dei talem consuetudinem non habemus. Scribendi finem faciam, si unum illud addidero. A mortis causa haec fiunt. Avaritia uero malorum omnium radix est, que etiam Idolorum servitus nominatur. Ne igitur parum argeficiat, ut idola ipsa Christo preferatis?

Xviij Iudam imitemini animo ac voluntate
et denuo illum uidentes qui semel pro nobis
cruifixus sunt eorum enim ager a manus
qui huiusmodi fructus percepient. A
ebeldem hoc est pretium sanguinis uocabu
tur.

EIVSDEM BASILII MAGNI SENTENTIA in commentarij in Cratiam pro
phetam in explanatione illius loci,
qui est in octavo capite
his Verbis:

Egem dedit in auxilium ut dicant, non est sicut uerbum hoc, pro
quo non licet dare dona. Haec, inquit, lex
non est qualia sunt engastrimythis uerba
nam enim ex cogitata fuit ad decipiendos

homines quemadmodum uerba illa que dicimus, sed ueritatis magistra est. Et illi quidem pro argento uaticinia sua profert, hoc enim ridiculum est, quod hi qui ab eius decipiuntur, argentum illis soluunt mensas mercedem. At hoc uerbum, hoc est legis sermo, tale non est, ut pro illo dona dare liceat. Nemo enim Dei gratiam uendit. Gratias, inquit, accepistis, gratis date. An non uides, quanto pere Petrus indignatus sit contra Simonem illum, qui pro sancti spiritus gratia pecuniam offerebat? Peccatum, inquit, tua tecum sit in perditionem, quoniam existimasti donum Dei pecunia possideri. Non est igitur euangelij uerbum, qualia sunt que ab engastrimythis uenduntur. Quid enim dare aliquis quo illud pro dignitate per-

mutari possit? Audi Davidem, cum sic
an, Quid retribua domino pro omnibus q
retribuit mihi. Con est igitur quod aliquis
dona dare possit, que sint Dei gratia condi
gna. Vnum certe donum eo dignum est, eius
scilicet rei, que datur est, clausidia. Qui dedit ti
bi theseum hunc, non rei date pretium,
sed custodiam dono ipso dignam a te ??
escipit. ut?

GENNADII PATRIAR
che Constantinopolitani Epistola ad
Romanum Pontificem.

Orminus noster et Deus ac sal
uator Jesus cum sanctis disci
pulis suis euangelij predica
tionem tradidisset, eosq; ad homines per
uniuersum orbem terrarum docendos mis
sisset, aperte illis precepit, ut que gratis
ab ipso acceperant ea et ipsi gratias homini
bus impastirent, pro care non es, non argu
tum, non aurum, non alias eiusmodi facul
tates nihil deniq; fragile aut terrenum acci
pientes, cum colestes ex spirituales gratiae uti
renis et caducis rebus nulla ratione germata
ri possint. Preceptum hoc non illis solum,
sed nobis etiam per illos mandauit, quos de

inceps in eorum gradum ac locum substatuēdos esse uoluit. Quemadmodum igitur apóstolos tunc, ita et nos hoc tempore diligenter id, quod praeceptum fuit, custodire ac seruare oportet, non insipienter cauillationes sophistarum excugitare, nec in re tanta iocari, et periculosa aleam iacere. Cratis inquit, accepistis gratis date. nolite possidere as, non argentum, non aurum in Tornis uestris. Simplex et aperta est huius praecepti oratio, verbil ambiguum, aut obscurum habens, nihil quod difficile sit ad intelligendum, nihil quod sophisticā interpretatione indigeat. A me, inquit, accepistis sacerdotij dignitatem, pro qua si uos magnum aliquid aut paruum soluistis, si uobis hoc a me uenditur, uos inquam et alijs illud uendit. Si ue-

ro gratis accepistis, uos etiam gratis date. Quid hoc praecepto clarius aut manifestius, quid illud obseruantibus conducibilius? Sed uel certe his qui dōnum Dei pecuniarum pretio comparari aut conferri posse opinantur. In felle enim amaritudinis et in obligatione iniquitatis huiusmodi homines positi sunt, ut sancti apostoli Petri sententia decretum est, sue auaritiae vinculo affici. Cum domini lege conuenie sanctorum et beatorum patrum sanctae et ecumenice Chalcedonensis synodi decretum, is uerbis scriptum. Si quis Episcopus pro pecunij ordinationes fecerit, et gratiam que uendi non potest, ad uenditionem contulerit, et pro pecunij ordinauerit Episcopum, aut presbepiscopum, presbyterum, aut diaconum, uel aliū

quempiam exorum numero, qui sunt in cle-
ro, de proprio gradu deponatur. Quiq[ue] or-
dinatus fuerit, ex ordinatione per negotia-
tionem facta nihil adiuuetur, sed tam a di-
gnitate quam ab administratione alie-
nus. Si quis uero operam suam tam tus-
pis et nefarii questus conciliatricem adhi-
berit, etiam ille, si quidem clericus fuerit,
de proprio quida excidat; si uero laicus,
aut monachus, anathemati subiiciatur.
Pulcherrima quidem et admodum sancta
est huius canonis preceptio a diuinis illis pa-
tribus constituta, que omnem impetum se-
tante, et diaboli conatus omnes contra Christi-
tus sancti dona irruentes repellit; atq[ue] inter-
cidit. Non enim uult aliquo modo pro pecu-
nijs ordinationem propomuel accipi nam?

neq[ue] ante ordinationem, neq[ue] in ipso ordina-
tionis tempore pecunias dari permittit.
Dignum enim et uniuersum in huiusmodi
re munera acceptionem prohibuit. Quo-
diam uero licet hec tam aperte prohibi-
ta sint, tamen nonnulli deprehensi sunt,
turpis lucri et auaritiae causa eiusmodi sa-
salutaria et benigna praecepta violantes,
opere pretium et nobis uisum est hec adie-
renouare una cum sancta synodo, qua in
hac regia urbe et noua Roma congregata
est ut impia et execrabilis consuetudo, que
nescio quomodo in sanctissimas Dei eccl[esi]as
irrepsit, expulsis omnibus humanaru[m]
cogitationum inuentis, omni pretextu ac
sophismate reiecto excindatur, ut sacerdotu[m]
ordinatione uere et sine questi aliquo fa-

Ita sancti Spiritus gratia è cælo adueniat
nunc enim pecunij adhibitis non pura ma-
nu rem ipsam perficiente, nescio utrum ad
eum, qui sic ordinatur, ueniat Spiritus san-
cti gratia, an potius repellatur. Scito igit
religionis Pontifices omnes qui tales esse de-
prehendentur, sive Episcopi fuerint, sive
presbyteri, diaconi aut laici, communis epि-
scoporum qui in hanc urbem conuenerunt,
decreto condemnatos fuisse quemadmodū
et sanctorum patrum canone antea conde-
nati sunt. Gratia enim gratia censenda est
neq; argentum ad eam conciliandam inter-
venire debet. Sit igitur interdictus, et ab
omni sacerdotali dignitate atq; officio alie-
num, et huius anathematis execrationi sub-
iectus tam qui gratiam hanc pecunij com-

parari arbitratus, quam qui pro pecunij
eam se daturum promiserit, siue clericus, ni-
ne laicus fuerit, sive deprehensus sit, siue
non deprehendatur. Quoniam si fieri non po-
test ut quæ nullo modo inter se conueniant,
ea possint aliquando conuenire neque ut cum
Deo conueniat maneras aut qui huic seruit
Deo ipsi seruant. Domini sententia territi-
ma hæc est. Non poteris Deo struere manuę
ne. His diuinis eloquij; nos consisi atq; obedi-
entes, cum illo qui haec dixit, contra diuinarū
legem violatores sententiā punitur inimus.
Caretautem ei sanctitas tua religiosissimi opे-
scopis omnibusq; alijs ecclesiis obeyuntibus haec
ipsa manifesta facere ut uno spiritu et panima
christiani omnes contra communem hostem vobis
maniti, Deo adiuante auaritia radicem in nos

bis ab illo insitam una cum omnibus malis
germinibus que ex illa pulularunt excidere
possimus. Omnes fratres qui tecum sunt, sa-
lutemus. Vale in domino et pro nobis ora pa-
ter religiosiss.

- C Gennadius ep's Constantinopolis
nouae urbis subscripti.
- C Anostasius ep's Metropolis Antioche sub.
- C Petrus ep's Nicæe sub.
- C Paulus ep's Martianopolis sub.
- C Petrus ep's Gangrovum sub.
- C Agapitus ep's Rhodi sub.
- C Stephanus ep's Bizye sub.
- C Thalasius ep's Parig sub.
- C Gerontius ep's Seleucie sub.
- C Dicitur ep's Galatia sub.
- C Anatolius ep's Athenarum sub.

- C Cyriacus ep's Apollonia sub.
- C Plutarcus ep's Plateensium sub.
- C Aphotius ep's Coroniae sub.
- C Ruffinus ep's Aegeensium sub.
- C Photinus ep's Otri sub.
- C Ioannes ep's Cœlestanensis sub.
- C Hypatius ep's Germanbrum sub.
- C Eudoxius ep's Bosphorus sub.
- C Paemen ep's Cysmatis sub.
- C Hesaias ep's Nauclatensis sub.
- C Clpidius ep's Tamiathensis sub.
- C Theorechnus ep's Asinensis sub.
- C Theotomus ep's Aemoniensis sub.
- C Serinus ep's Maximianopoleos sub.
- C Athanasius ep's Iovensis sub.

METROPOLITAE.

- C Ioannes ep's Heraclie sub.

c Pergamius ep̄s Antiochiae sub. D
c Neungebius ep̄s Laodicea sub. D
c Carterius ep̄s Claudiopolis sub. D
c Eleutherius ep̄s Calcedonensis sub. D
c Gregorius ep̄s Adrianopolis sub. D
c Eunomius ep̄s Mytilene sub. D
c Maximus ep̄s Laodicea sub. D
c Eustathius ep̄s Parnassus sub. D
c Theodosius ep̄s Canotensis sub. D
c Stephanus ep̄s Prusaensis sub. D
c Acatius ep̄s Asandrensis sub. D
c Cyriacus ep̄s Carthensis sub. D
c Macedonius ep̄s Mandensis sub. D
c Palladius ep̄s Andri sub. D
c Eutropius ep̄s Aureliopolis sub. D
c Photinus ep̄s Termensis sub. D
c Basilius ep̄s Naudensis sub. D

c Apollo ep̄s Diuaniensis sub. D
c Isaac ep̄s Thyranensis sub. D
c Mario ep̄s Cenensis sub. D
c Attalus ep̄s Malenensis sub. D
c Charito ep̄s Appia sub. D
c Maximus ep̄s Zogylensis sub. D
c Plusamo ep̄s Nucotensis sub. D
c Tapas ep̄s Cleitensis sub. D
c Apollo ep̄s Amphientis sub. D
c Petrus ep̄s Hephesli sub. D
c Petrus ep̄s Thystensis sub. D
c Paulus ep̄s Suennitensis sub. D
c Photius ep̄s Babylonii sub. D
c Ioannes ep̄s Nicopolis Armenia sub. D
c Sabatius ep̄s Anchali sub. D
c Ioannes ep̄s Traianopolis sub. D
c Theodulus ep̄s Traianopolis sub. D

- C Barnius epus Nicocandrie sub.
 C Indimus ep. Trenopolis sub.
 C Phontianus ep. Agalassos sub.
 C Iouinus ep. Dibeltensis sub.
 C Theonas ep. Vutereas sub.
 C Agathus ep. Petreensis sub.
 C Apollonius ep. Atriensis sub.
 C Arpotras eps. Zenensis sub.
 C Aristoteles eps. Cithinensis sub.
 C Augustinus eps. Nove Nanciane sub.
 C Lucianus ep. Choi sub.
 C Stratodex ep. Preconensis sub.
 C Maximus eps. Lybie sub.
 C Marinus eps. Theophantie sub.
 C Isernes eps. Germaniae sub.
 C Thymotheus eps. Polichenensis sub.
 C Decimarius eps. Maronee sub.

SANCTISSIMO ET BEATIS:
 simo fratri domino ADRIANO uetus filio
 ris Romae Pontifici. TARASIVS indi-
 gnus Constantino politane urbis episco-
 pus in domino salutem
 Ultifariam multisq; modis ab
 euangelio, ab apostolis, et a pa-
 tribus docemur mons a pecunie
 expiditate alienos in sancta ordinatione fa-
 cienda custodire, neq; aurum, neq; argentum,
 nihil deniq; proprium accipere in ciuiusvis sa-
 credotalis viri ordinatione ut diuinis scripu-
 re sanctis eloquij, et patrum nostrorum do-
 ctrinis postea demonstrabimus. Qui manus
 imponunt ministri sunt Christus sancti non
 uenditores. Cum enim gratiam spiritus gra-
 tis acceperint his quibus eam impartium gra-

is dandam esse pronunciarunt, liberalitatem hanc ex domini nostri uoce adepti. ¶ Qui uero deprehensus fuerit auro eam mercatus fuisse, huiusmodi homini ordinem sacerdotalem interdicendum esse decreuerunt. Quamvis enim uerbo sacerdotium sanguis fuerit, re tamen uera falsum hoc est, quod acepisse dicuntur, quia nemo potest Deo servire et Mamona, ut ab euangelio diligimus. Uniq[ue] per prophetam Deum clamantem audiamus, Sacerdotes loquimini ad cor Hierusalem, et alio loco minantem ac diuidentem. Si speculator uiderit framam uenientem, ei tuba non significauerit, ob idq[ue] populus non cauerit, et frama ueniens animam ab illis abstulerit, eius sanguinem è manu speculatoris illius requiram. Metuentes igitur

ne propter silentium condemnemur, omnis ecclesiarum nostra prouinciae presidibus; haec nunciamus, ut libera oratione dicere possumus, sicut diuinus apostolus nos purisimus ab eorum sanguine, qui transgreduntur canonicas constitutiones, illorum presertim, qui pro pecunijs ordinant, aut ordinantur. Cum Petrus diuinus ille apostolus, cuius cathedram sanctitas vestra sortita est, ut Simonem illum magum, ita et hos sententia sua deposuerit. Quapropter nos non subterfugimus, quominus ueritatem proficeamur; seruantes ac tenentes que à sanctissimis apostolis patribus nostris canonice edita sunt, e quibus si quid aliqui transgresi sunt, eos nos abhominamur. Vestra igitur sanctitas Ponti-

Intia dignitate illusiris eo quod legitima
et diuinæ uoluntati congruente norma
Pontificalem sancte ordinationis formam
disponit, gloriam hominum sermonem ce-
lebratam a secula est. Ait enim per pro-
phetam primus ille et magnus Pontifex
Christus Deus noster. Vnde ego glorifica-
tes me glorificabo. Nostri viri deriderunt
que spiritalia sunt, nosti in quem Ma-
cedony et eorum, qui sub illo fuerunt, cum
spiritu sancto pugnantium impiam heresi
tolerabiliorem esse quam hanc de qua scri-
bimus. Illi enim spiritum sanctum crea-
turam et Dei patris ac filii seruum esse hu-
gaciter contendunt. At hi, de quibus dici-
mus, eundem spiritum suum seruum, ut
cunq; ipsis libet faciunt. Omnis enim do-

minus, quod haberet, si uult, uendit, siue ali-
ud quipiam quod possidet, similiter et qui
emit, cum uelit rei empreesse dominus, pecu-
nia et pretio illam compant. Ita qui nefarū
hoc facinus comittunt, ac defrahunt spiritui
santo, a quo peccant aq; illi, qui blasphemā-
tes dicebant Christum in nomine belzebub
ejicere demonia, uel at uerius dicam similes
sunt Iude proditori, qui Dei occisoribus Iuda-
is argenti pretio Christum uendidit. Cum
igitur spiritus sanctus consustancialis sit Chri-
sto Deo nostro, manifestum est eodem in nu-
mero illos centrum, qui eum uendere uolunt, in
quo is est, qui filium uendidit. At si spiritus
sanctus uendi non potest, manifestum enim
hoc est, sine dubio gratia spiritus sancti hoc
est sacerdotij sanctificatio in huiusmodi homi-

nibus non est. Itaq; non habent quod non
acciperint. Reconderunt isti quid Petrus
apostolus ei dixerit quia tali facinus medie-
tabatur, non est, inquit, tibi pars neq; sors
in hoc uerbo. Nam si dignitas sacerdonij ue-
di potest ergo superuacanea erit honeste uite
probres, et castitatis aliarumq; uirtutum
excentatio. Superuacaneus erit et Paulus
diuinus ille apostolus cum doceat, oportet Epi-
scopum esse irreprehensibilem *rac.* Perie-
runt igitur hec omnia eius hominis culpa, qui
sacerdotij uenditor, atq; emptor est. Senten-
tie, quas è sanctis literis collectias subiiciemus,
ostendent omnino à sacerdotio alienum esse
qui aliquando dederit aut acceperit qualicqz
tempore sive ante manus impositionem sive
in manus impositione sive etiam post impo-

sitionem; accipere enim semper est acce-
re quandocunq; id facias. Quin etiam om-
nes ecclesiasticas propositiones irritas esse vo-
lunt, si pecunia date fuerint.

EX ACTIS APOSTOLORUM. CAP.VIII.

Vm. uidisset Simon, quia pote-
sitionem manus apostoli obser-
tur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam dicens,
date et mihi hanc potestatem, ut cuiuscunq; im-
posuero manus, accipias. Spiritum sanctum. Pe-
trus autem dixit ad eum, Pecunia tua tecum
sunt in perditonem, quoniam domum Dei esci-
stis. Iste pecunia possideri, non est tibi pars
neq; sors in uerbo isto. Cor enim tuum non est
rebum uoram Deo. Penitentiam itaq; age
ab haec nequitia tua et roga Deum, si forte
remitatur tibi haec cogitatio cordis tui, in

felle enim amaritudinis et obligatione
iniquitatis video re esse.

C EX III REGVM

CAP.XIII.

On est reuersus Ieroboam de via
sua pessima, sed e contrario fecit
de nouissimi populi sacerdotes ex calixorum
quicunq; volebat, implebat manum ipsi-
us et fiebat sacerdos ex calixorum. Et proper
hanc causam peccauit domus Ieroboam, et
euersa est et deleta de superficie terra.

C EX III REGVM CAP.V.

Eversus Naaman ad uirum dei
cum uniuerso comitatu suo venie-
et. Et fecit coram eo et ait, nere scio quod no-
sit Deus in uniuersa terra nisi tantam in-

uram. Observa itaq; ut accipias benedictionem a seruo tuo. At ille respondit uiuendo:
minus ante quemq; loqui non accipiam.
Cumque uim saceret, genitus non acqueuit.

EX EODEM

Ixii Elieus unde uenit Gezi, qui
respondit non iuit seruus tuus quo-
quam. At ille ait, Donne cor meum in pre-
seuerat quando reuersus est homo de terra
suo in occiduum tui. Enunc igitur
argentum, et acceperisti uestes, ut emas obuenia
et uineas et oues, et boues, et seruos, et animalia.
Sed et lepra Naaman adhuc habebit tibi et se-
mini tuo usq; in sempiternum. Et egressus
est ab eo leprosus quasi nix.

CANON APOSTOLOR

xxviii.

I quis Episcopus aut presbyter, aut diaconus petunie interuentu hanc obtinuerit dignitatem, deponatur tam ipse quam qui eum ordinavit et a communione modis omnibus abscondatur, sicut Simon magus a me Petro.

CANON. II. CONCIL.

Chalcedonensis.

I quis Episcopus per pecuniam secerit ordinacionem a venditione redigerit gratiam, que uenidi non potest ordinauerit per pecunias episcopum, aut episcopum aut presbyterum, aut diaconum, vel quemlibet ecclias, qui connamantur in clero, aut promouerit per pecunias dispensatorem, aut defensorem, vel mansionarum, vel quenquam omnino, qui subiectus est regale, pro suo turpissi-

moluci commodo. Is, qui hoc attentasse probatus fuerit, propri gradus periculo subiacebit, et qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione vel promotione que est per negociationem facta, proficiat, sed sit alienus a dignitate vel administratione, quam pecunijs acquisiuit. Si quis vero mediator tam turpibus et nefandis danis vel acceptus excitterit, et ipse si quidem clericus fuerit, a proprio gradu decidat, si uero laicus aut monachus, anathematizet.

CANON.

I quis manus impositione aliquando id facere uisus fuerit, seruetur in eum apostolicus canon, qui sic ait. Si quis episcopus, per pecunias huius dignitatis compos factus fuerit pres-

*E*bier, aut diaconus deponatur et ipse, et qui eum ordinavit, et excindatur omnis a communione, ut Simon magus a me Petro.

*C*Basilius magnus in commentariis in Csatam.

*E*gem dedit in auxilium, ut dicant, non est sicut uerbum hoc pro quo non licet dare dona. Hæc inquit, lex non est qualia sunt engastrimythor uerba. Non enim excogitata fuit ad decipiendos homines quemadmodum uerba illa quæ diximus, sed ueritatis magistra est. Et illi quidem pro argento maternia sua profecerunt, hoc enim rictulum est, quod hi, qui ab eis decipiuntur, argentum illis soluunt mendatij mercede. At hor uerbum, hoc est legis, tale non est,

ut pro illo dona dari licet. Nemo enim Dei gratiam uendit. Gratus inquit, acceptus, gratis date. Annon uides quantum pere Petrus indignatus sit contra Simonem illum, qui pro sancti spiritus gratia pecuniam offerebat? Pecunia, inquit, tua tuum sit in perditionem, quoniam exstimas diuinae Dei pecunia possideri. Non est igitur euangelij uerba, qualia sunt quæ ab engastrimythis uenduntur. Quid enim dare aliquis, quo illud pro dignitate permitte posset? Audi Davidem, cum sic au quid reverbi am domino pro omnibus, quæ retribuit mihi. Non est igitur quod aliquis dona dare possit, quæ sit Dei gratia condigna. Vnum certe donum eo dignum est, eius silentii, quæ data est, custodia. Qui dedit tibi ib-

saurum hunc, non rei datae pretium, sed au-
todiam dono ipso dignam a te exigit.

Cidem in epistola ad Episcopos sue
provinciae.

Xfrimant se ideo non peccare, quod
pecuniam non ante, sed post ordina-
tionem accipiant. Verum qui accipit sem-
per accipit, quandocumq; id faciat. Huiusmo-
di prouentum uel potius uiam ad genam
pertinentem. Queso omittite, ne tali questu
manus uestras inquinantes, sanctorum my-
steriorum celebrationem uos ipsorum indignos fa-
cietis. **G**ennadius in epistola
ad Pontificem Romanum.

It igitur interdictus et ab omni sacra-
dotali dignitate atq; officio alienus,
et huius anathematis execrationi subiectus

iam qui gratiam hanc pecunij comparari ar-
bitratur, quam qui pro pecunij eam se datu-
rum promiserit, siue clericus, siue laicus fue-
rit, siue deprehensus sit, siue non deprehe-
datur. Quoniam fieri non potest ut que
nullo modo inter se conueniunt, ea possint
aliquando conuenire, neq; ut cum Deo con-
ueniat mamonas, aut qui huic seruiunt Deo
ipsi seruiantur. Domini sententia certissima
hac est. Non potestis Deo seruire et mamone.
Vdiamus haec omnia et attente percipia-
mus, non solum pontifices, sacerdotes et inde-
ro connumerati, sed etiam omnes habientes
orbem terrarum. Oportet enim abandoni-
us obseruare nos ea, que audiuimus, ne for-
te pietatis suamus, quoniam non corruptibili-
bus, auro uel argento redempti sumus de ua-

na nostra conuersatione paterna tradid-
nis, sed pretioso sanguine agni immacu-
lati et incontaminati Iesu Christi. Ita uis
sacratissime nos doceas sequi scripture sa-
cta euangelica, apostolica, atq; canonica;
et patrum precepta. Obedimus enim uer-
bu oris uestri. Supermontem excelsum
ascende, exalta in fortitudine uocem tuam.
Dilata gressus tuos, predica liberatollatur
atq; omnino pereat manuum impositio
pecunias facta, et quicquid eiusmodi ordina-
tionem propter avaritiam atq; iniustiam
et mercaturam cum turpi lucro consequi-
tar. Hac enim cum his, que illam comitan-
tur, ciella extra populum acceptum, Chri-
sti nomine uocatum et gratis redemptione
sequutum, simul q; reliqua omnes huius-

modi steluz consequentes foeditates radici-
tus euellentur. Itaq; sacerdotes ipsi ut pal-
ma florebunt suauem Christi odorem his,
qui salutis sunt. Epitantes, et ecclesiae uisini-
tem illam uocem concientes ab scule et te
dominus iniuriantibus, qui ueram fructus
a se dederint dulces, et copiosos reddent ad
pingueam senectutem perductos hoc est longe-
ue illius et incorruptae uite heredes effici-
ent.

JOANNES diaconus in tertio volumi-
ne corum librorum, quos scripsit de vita
beatissimi Gregorij ad Ioannem vii. et

ANSELMVS Episcopus Lacensis hec
de beato Gregorio scripserunt.

Vm quosdam beatus Gregorius
cognoscet ad euitanda simo-

niacē heresī crīmina pestifera negotiatio-
nis munera pastellatum callide uocitare?
atq; eiusmodi mutato nomine sua cupidita-
tis uaritiam uelle contēdere prudētissim⁹
doctor Gregorius sententiam, quam in p̄n-
mōrdio sui pontificatus coram synodo pro-
mulgauerat, iterā protulit dicens. **C**anti-
quam patrum regulam sequens, nulli unqua
de ordinationibus aliquid omnino accipiendo
esse constituo, neq; ex datione palli neq; extin-
ditione chartarum, neq; ex ea, quam noua per
ambitionem simulatio inuenit, appellatione
pastelli. **Q**uiā enim in ordinando Episcopo;
Pontifex manū imponit, euangelicam uero
lectionem minister legit, confirmationis autem
eius epistolam notarius scribit, sicut nam
Episcopum manū, quam imponit, uincit.

ita minister uel notarius non debet in ordinatio-
ne eius uocem suam uel calamum uenundare.
Pro ordinatione ergo uel usu palli seu chartis
atq; pastellis, eundem, qui ordinatus est, uel
ordinatur, omnino aliquid dare prohibeo. Ex
quibus predictis rebus, si quis hinc aliquid com-
modi appellatione exigere uel petere forte pre-
sumperit in districto Dei omnipotentis exa-
mine reatu sabiagabit. Is autem qui ordina-
tus fuerit, si ex placito neq; exactus uel petitus
post acceptas chartas et pallium offerre aliquid
culibet ex clero gratia tantummodo causa
uoluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus,
quia eius oblatio nullam culpe maculam
ingerit, quæ ex accipientis ambitu non tran-
cessit.

CIdem Ioanni Episcopo Corinthiorum:

¶ Out fraternitas uel tra, quia prius pallium nisi dato commodo non dabatur, quod quoniam incongruum erat, facto concilio ante corpus beati Petri apostolorum, principis tam de hoc quam de ordinationibus, aliquid accipere sub disticta interdictione uetuumus. Oportet ergo ut neque per commodum neque per gratiam aut quorundam supplicationem aliquo ad sacros ordines consentiat uel permittatis adduci.

C Ex chronicis Martini magistri ordinis predicatorum, et Ioannis de Columna magistri eiusdem ordinis.

¶ Eo secundus natione Siculus, qui successit Agathoni, fuit vir eloquentissimus, græca et latina lingua eruditus, scriptura diuinæ peritissimus, suscepit sancto

sextam synodus, quam ex græco sermone in latinum conuertit. Hic constituit ut qui ordinatus fuerit Archiepiscopus, nulla consuetudine pro usu pally diuersis officiis ecclæsæ aliquid persoluere debeat.

C Innocentius, Abatis, et conuentui Aureliacensi.

¶ Vtis petentium desiderij dignum est nos facile prebtere consensum et uota, que à orationis tramite non discordant, effectu prosequente completere. Eapropter dilecta in domino filie vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu auctoritate presentium inhibemus ne pro consequenda benedictione uel installazione Abatis se monasterij uestri, quem benedicenda pro tempore fuerit, consecratio-

nibus altarium vel eclesiarum, sive pro oleo
sancto vel quolibet alio ecclesiastico sacra-
mento diocesanus Episcopus vel Archidi-
conus loci sub oriente consuetudinis
vel quobet modo alioquam
exigere vel extorquere presu-
mant. Sed haec omnia gra-
tis et sine prauitate qua-
libet uobis impen-
dane.



**KNIGHTS OF COLUMBUS FOUNDATION
FOR PRESERVING MANUSCRIPT COLLECTION OF THE VATICAN LIBRARY**

END

ST. LOUIS UNIVERSITY LIBRARY

**This film may not be removed from the depository. No part
of this film may be reproduced without written permission
from St. Louis University.**

EP 23007